lā. q̄ hodie videt̄ in **veronica** **Rome**. quā **Christ⁹** imp̄ssit isti mulieri emor-
roisse qñ iuit ad mortē. Et dixit ei. **Sic** r̄ndes p̄ntifici. **Quali** di. **Miser** es
vilis hō. qñ es tu ausus ita r̄ndere dño tuo. tu debes eī r̄ndere cū magna
reuerētia. **Christus** autē patēter rollēs cū magna māfuerudine z hūilitate
z tranquillo aīo. r̄ndit z dixit ad eū. **Si** male. i. si p̄ra veritate locutus sum.
Si te em̄ male loquit̄ q̄ p̄ra veritate loq̄t̄. testimoniu phile de malo. **Si** at̄
bū. cur me cedis. **Quali** dicat. imp̄p̄t̄us dz eē q̄ bñ loq̄t̄. **Ecce** nō solū pas-

et dñm
Cayphas

de ab ip̄t

de alapa

Jesus christi

clenter tulit. sed eum etiā docuit charitatiue z instruxit. **V**idete q̄ ma-
gna iniuria ista fuit q̄ vnus turpissimus seruus in publico corā omibz s̄-
ne causa percussit in maxillam illū qui est dominus omnīū creaturā. **I**stū
articulum spēali etiā deuotōe z p̄ passione recogitare debemus. **S**equit̄.
Annas aut̄. qz nō regebat populū illo anno. ideo noluit se intrōmittere
de christo. sed misit illum ligatū quasi malefactorem z reū ad caypham.
qui tūc regebat populū. z in domo eius iam p̄uenerant maiores iudeorū
scz ad examinandū z videndū christū. vt **L**uca dicit. **E**t **T**heophilus ait.
Suspiciātes hūc cū astutior esset excogitare posse aliqd̄ aduersum iesum
dignū morte. **H**ec vero p̄sentariū maior z grauior fuit q̄ p̄ma ad **A**nnā
qz iste accu erat pontifex anni illius z plus maliciosus. ac valde astutus.
atqz plures z maiores ibi iniurie fuerunt sibi illate. vt postea parebit. **E**t
ideo tanta multiplicata maiorē inferebāt lesionem. **Q**uilibet em̄ ad com-
placendū pontifici illusione nouā excogitare attentauit. **E**t sic tanqz lupi
voraces ad agnū in saluatorem irruerūt. **S**equitur s̄m **M**atth. **M**arcū z
Lucā. **P**etrus aut̄ sequebat̄ eū. scz christū captiuatū z ductum de domo
Anne ad domū **C**ayphe. a longe. vt scz videret finem. videlz si dimittet̄
reū seu ad mortem p̄demnaret. **E**t ingressus intro. i. in atrīū **C**ayphe
volens se iterū calefacere. vñ di. **M**atth. z **J**oh. **E**rat aut̄ **S**imon petr⁹
fortis in atrio stans z calefacies se. **E**t s̄m q̄ habet ex euangelistis. qz vnus
interdū scribit z supplet qd̄ alius nō scribit z omittit. **Q**uē cū vidisset ite-
rum alia ancilla cepit dicere circūstantibz. **A**lterus. ministris. hic ex illis
est. et erat cū **I**esu nazareno. **A**ccesserūt q̄ stabāt. **G**oz. ad interrogandū. z
dixerūt petro. **Q**uid z tu ex discipulis es. vere z tu ex illis. **N**ā z loq̄la
tua manifestū te facit q̄ sis galileus. **T**ūc petrus plus timuit q̄ primo. z
negauit secundario cū iuramento q̄ nō erat discipulus christi. nec cognosce-
bat eum. **E**t post pusillum interuallo facto quasi hoīe vnus qui astabāt
scz circa ignem. dixerūt **P**etro. **V**ere tu ex illis es. z loquela tua manifestū
te facit. **P**atimēqz vnus ex seruis **C**ayphe vigeat eum. scz ver-
bis z testimonio. vt dicit **J**oh. cognatus eius scz malchus cui petrus ab-
scidit auriculam. qz ait. **V**ere z hic cū illo erat. **E**t dicebat se eum vidisse
in orto cū iesu. **T**ūc petrus iterū tertio scz negauit. **E**t dicit **M**arcus. q̄ ce-
pit anathematizare. id est cū maledictione iurare vel maledicere sibi ipsi.
vt **L**uca dicit. qz nō noui homines istum quem dicitis. **E**t statim prius
adhuc illo loquente. negando. gallus cantauit. **L**uca scz secūda vice. quia
post p̄mā negatōem semel cantauit gall⁹. vt habet **M**arci. xiiij. sed petr⁹
p̄re timore perturbatus nō percepit. id est nō aduertit. **S**ecūdū vero gal-
li cantū. inquit **G**ozra. aduertit. z redijt ad cor suū. **E**t ideo primūz can-
tum alij tacent. **U**ltimū vero omnes scz euangeliste dicūt. **D**icit etiā qd̄
dam glosator super **J**ohānem. **S**cdm narratōem **J**ohānis videt̄ q̄ p̄mā
negatio fuerit in domo siue curia **A**nne. secūda z tertia in domo **C**ayphe.
Et in hoc etiam p̄cordat **A**lbertus magnus super **L**ucā. **E**t **C**risosto.
dicit. **A**nteqz scz secūdo gallus cantaret. ad **C**aypham ducitur. **Q**uo
papa. **H**esitare permittus est vt in ecclesie p̄ncipe remediū penitentię
conderet z nemo auderet de sua virtute p̄fidere quādo mutabilitatē pes-
culūm nec tratus petrus poruisset euadere. **D**ñs autem iesus qui intrā

Ab i.

Passio domini

pontificale cōcilium solo corpore tenebatur trepidatōem discipuli foris pos-
si diuino vidit incuitu z paueris animuz mox vt respexit erexit. z in fle-
tus penitendinis incitauit. **Felices** sancte apostole lachryme tue que ad de-
luendā culpā negatōis virtutem habuere sacri baptismatis. **Adiuit** enim
dextera dñi iesu xpi. que latentem te priusq̄ deieceris exciperet z firmis-
tatem standi in ipso cadendi periculo recepisti. **Vidit** in te dñs fidem nō
fictā. nō dilectōem auersam. sed pstantiā fuisse turbatā. **Abūdauit** fle-
tus vbi nō defecit affectus z fons charitatis lauit verba formidinis. **Ree-**
ardū est remediū abolitōnis. vbi nō fuit iudiciū volūtatis. **Eto** itaq̄ in
soliditatē redijt petra. tantā recipiens fortitudinē vt qd̄ tūc in christi ex-
pauerat passione in suo post supplicio non timeret. **Sequit.** **Tūc** dñs xps
puerulus respexit **Petrū.** Quia dicit quidā doctor. q̄ tali loco forte erat q̄
poterat eū videre. sed s̄m **Aug^m.** z **Ambrosiū** dñs respexit eū oculo mise-
ricordie z nō corporali. ex quo respectu illuminatus. recordatus est vbi
qd̄ dixerat ei xps. **Anteq̄** gallus rē. **Et** egressus foras fleuit amare. **Fle-**
uit ita fortiter incitē z amare. q̄ culpa z pena fuerat sibi remissa. **Grā-**
te āt xpo ita ligato an **Cayphā.** maiores iudeoz z oē **ꝑ** cilii. i. **ꝑ** gregatiōni-
deoz **ꝑ** eū q̄rebāt falsuz testimoniū **ꝑ** eū. vt ipm̄ morti traderet. **Et** nō iue-
nerūt. s. qd̄ falsuz z iniustū erat in eo. **Novissime** āt venerūt duo falsi testes
et dixerūt. **Hic** dixit. **Possū** destruere templū dei z post tridū reedifi-
care illud. **Ipsi** solum intelligebant verba christi de templo suo lapideo.
Christus vero dixerat de templo corporis sui. i. de moroe z resurrectione
sua. **Johānis. ij.** **Soluite.** i. soluetis templum hoc. i. corpus meū. z in tribus
diebus excitabo illud. i. de morte ad vitam resuscitabo illud. **Postq̄** illi falsi
testes suū fallum testimoniū pposuissent. tūc princeps iudeozum **Cay-**
phas ex impatencia surgens ait ad **Iesum.** **Nihil** respondes ad ea q̄ istī
aduersum te testificantur. **Iesus** autē tacebat sicut agnus innocū z mā-
suetus. qz sibi obiecta erant falsa z responsione indigna. z cuz hoc sciebat
quicquid responderet inutile fuisset. quia sibi nō credidissent. sed potius
calumniari fuissent. **Ambrosius.** **Accusatur** dominus z tacet. qz defensio
ne nō indiget. ambiant defendi qui timent vinci. **Videns** igit **Cayphas**
q̄ christus nō responderet turbatus est. z volēs eum capere in sermone ite-
rum interrogauit eum adiurando dicens. **Adiuro** te per deum viuū vt di-
cas nobis si tu es christus filius dei benedicti. **Et** in hoc peccauit grauiter
qz quādo inferior incitat superiorem ad dicendū veritatem sine causa. peccat.
sic fuit in pposito. **Christ^{us}** tñ p̄ reuerentiā diuini nominis sibi respō-
dit. **Dando** nobis in hoc exemplum vt semp habeamus in reuerentiā no-
men dei dicens. **Tu** dixisti. supple veritatem. q̄ ego sum. quod patz ex seq̄-
quentibz. ostendens se esse futurum iudicem. licz modo iudicaretur in ius-
ste. **Quā** dixit. **Veritatem** dico vobis. amodo. id est in futuro. scilz in die
nouissimo videbitis filiū hominis sedentē a dextris virtutis dei. **A dex-**
tris. glosa. i. in portioribz bonis patris s̄m humanitatē. virtutis. i. equalitatis.
dei s̄m diuinitatē. **Et** venientē in nubibz celi. i. aeris. quia in aere ap-
parebit iudicando. quasi diceret. licz modo ignominiose tractetis z quasi
purum hominē z impiū ꝑdemnetis. tamē in extremo iudicio videbitis
me iudicē vestrum z omnium hominū. **Tūc** imponūt christo carpissimus

Iesu christi

peccati. scz blasphemia. **U**n princeps iudeoru **C**ayphas scidit vestimen-
ta sua. **I**ste em vt dicit **R**abanus erat mos anquit⁹ iudeoruz. quādo alii
quid blasphemie audierūt sciderūt vestimenta sua in signuz tristitie. **E**c
exclamauit dicens. **B**lasphe-mauit quid adhuc egem⁹ testib. **E**cce nūc
audistis blasphemiam ex ore eius. quid vobis videtur. quasi dice. **Q**uicquid
est proio verbo. **U**n **L**u. xxi. additur. **I**psi em audiui⁹ de ore eius. **E**t
ideo respondentes omnes dixerūt. **R**eus est mortis. **P**ost hmoi clamores
turpissime eū tractauerūt. **E**t hoc specialiter in quinqs. sicut p3 ex euāgelij
stis. **P**rimo facie eius speciosissimā z iocūdissimā desiderabilem angelis
venerabile sanctis. que z omnes celos adimplet leticia. suis spuris immū-
bis deturpando. dicente euāgelista q expuerūt in faciem eius. **E**t **P**ar-
tus dr. q spuerūt. tanq̄ nō vnus solus. sed plures simul spuerūt in fac-
em xpi. quali est abieccus z maledictus a deo z dignus morte. **S**ecūdo
collū eius beatissimū colaphis cedendo. i. plagis sup collū. tanq̄ est stul-
tus fatuus z p̄tempribilis p̄sona. **U**nde dicit **B**e. **C**hristus qui tunc ce-
sus est plagis iudeorū. ceditur nūc falsoz christianorū blasphemijs. **T**er-
cio facie eius sanctissimā palmando. id est extensis manibz percutiendo.
et alapas graues dando **E**t quā p̄cussione homo plus q̄ de p̄cussione in
collo affligitur **I**n facie em sunt omnes sensus. z sunt ibi membra tenera fa-
cile lesibilia. vnde verisimile est q̄ ex tali p̄cussione fluxerit sibi sanguis p̄
os z nares eius. quibz euāgeliste nō scribant. **Q**uarto oculos suos ve-
nerabiles z facie eius sanctissimā velando. ad hoc q̄ nō posset videri **F**er-
tur em benedicta facies domini nostri iesu christi tam plena fuisse gratiaz
q̄ impiissimi iudei sibi eam velauerūt. ipam vt inspicere nō possent. z per-
seques in nullo sibi parcerēt. **E**t hoc (dr **A**lbertus mag.) erat incōueni-
ens valde velari speciosum p̄re filijs hominū. in quē angeli desiderant p̄-
spicere. **Q**uinto etiā scz veritate diuinā z sapientiā eternā subfannando.
qz cū oculos z facie eius gloriosissimā velassent p̄cutiebant eum in capite
ac p̄cedo derisorie dicebant. **p**phetiza nō h̄ xpe q̄s est q̄ te p̄cussit. q. di. fm
Ly. ru es falsus p̄pheta **S**z vbi z quō p̄cusserūt eū. de h̄ euāgeliste diuer-
simode scribūt. **N**ā math. dr q̄ tūc colaphis eū cedebāt. alij aut palmas
in facie dederūt. **I**m **P**ar. vō colaphis z alapis eū tūc ceciderunt. **I**m vō
Luca p̄cutiebant in facie eius. **E**t ḡ p̄re dicit q̄ eū velassent eū q̄libet p̄-
cussit ipm vbi ipse volebat. alij ad collū alij ad maxillas. alij in facie. z per-
cutiendo interrogauerūt eū di. **P**rophetiza nobis xpe. **A**lbertus mag. qz
p̄pheta vocaris a turbis z occultoz p̄sciis. **P**ic ḡ q̄s est q̄ te p̄cussit. **E**t
sic dñs p̄phetaz vt pseudo p̄pheta illusus est. **E**t multa alia p̄cutiebant eū
Qualiter aut h̄ est euāgeliste nō scribūt. **S**z sicut in q̄busdā reperit libris
et pie credēdū ē q̄ in domo cayphe eū ad terrā p̄cutiebāt. z p̄ eū z p̄ corp⁹
a⁹ saltabāt. alij fortitudine brachioz i eo examiabat. vt dr quedā glo. alij
forstā lutū sup eū iacrabāt. alij manu reuersa dulcissimū z mellissimū os ipi
us p̄cutiebāt. alij p̄ venerabiles capillos ipm trahēbāt. vt **B**ern. ait i p̄-
placōibz. alij genas ei⁹ tenerrimas suis vnguibz lacerabāt. alij scissimā bar-
bā ipi⁹ vellebāt. vñ illō **I**sa. **C**orp⁹ meū dedi p̄cu. z ge. me. vel. qdā expo-
nūt d̄ laceratōe maxillaz factā vnguibz ipioz iudeoz. qdā vō de extractōe
barbe dñi. qd̄ siue vtz q̄ vtz sit siue alterz. nō tñ ē sine effusōe sanguis factū

Passio domini

Bern. dicit in **Premlatoib.** Cum em crudelissimi essent et sine misericordia omnia mala et vituperia que poterant faciebant ei. Alij ex sua mala voluntate, alij vt placerent maiorib. qui erant immanissimi. **Hec Bernar.** **Q**uoddo perpende et considera fidelis christiane quot et quanta incommoda opprobria, supplicia pro te passus est hac nocte xpus dñs noster. tota nocte modicum secum quæserunt. et recordare. quia peccata tua fuerunt causa sue acerbitate passionis. caueasq. tibi a peccatis quia sunt contra deum. **Hieronymus** dicit quia passio christi quam illa nocte sustinuit nunquam erit manifesta nisi in die iudicij. **Hec autem omnia** scilicet que dñs passus est in domo **Cayphe**. vt inquit **Albericus** magnus. dñs maiestatis sustinuit. vt nobis formam daret humilitatis et patientie. et nos sue charitati obligaret. **Sic** habetis qualiter passio christi fuit per iudeos inchoata. **De** cetero non audietis qualiter per gentiles fuit consummata. **Sequitur.** Postquam autem domino a media nocte usque mane. scilicet ad horam primam illussissent. et afflicto eo ista nocte vigilis verberibus. et spustis. atque illusionibus. **Hanc** facro. scilicet hora prima ortus solis. consilium inierunt omnes principes sacerdotum. scilicet iudeorum. et seniores populi aduersus te sum. vt eum morti traderent. **Corra.** qui scilicet dat vitam mundo. **Na** tota nocte occupati fuerunt in christi illusionibus. ideo mane cogitant de ipsius morte putantes per mortem extinguere eius doctrinam. vt dicit **Prigenes**. **Rabbanus.** **Vide** quia solliciti sunt in malo. tota nocte vigilauerunt vt facerent homicidium. et vinculum adduxerunt ipsum de domo **Cayphe** in praetorium. et tradiderunt poncio pylato presidi. scilicet romanorum ad interficiendum. **Leo** papa **Ps** ferebat pylato duris nexibus vinculum. colaphis et alaphis frequentibus celus spuris oblitum. clamoribus predammatum. vt pylatus non auderet eum absoluerere. **Et Bern.** in **Premlatoib.** **Duxerunt** eum ad pylatum. manibus post tergum ligatis vel ante. **Et** vt dicit **Cathena** in collo eius. que postea ostendebatur in hierusalem peregrinis. per magna deuotione. **Hec Bern.** **Qui** scilicet pylatus non erat iudeus. sed gentilis custos hierusalem ex parte **Cyrenarum** cesaris. **Hec** autem presentatio fuit grauissima inter omnes ratione iudicij plenariam potestatem habentis dñandi ad mortem. **Quia** et iudas audiciens ipsum ductum ad pylatum iam non estimauit eum amplius posse euadere. dicitur etus penitentia. id est angustia quadam et tristitia tactus. scilicet infructuosa sine spe venie. venit ad iudeos. et reulit eis triginta argenteos dicit. **Peccauit** tradens sanguine iustum. **Et** illi dixerunt. **Quid** ad nos. quasi dicitur **Lyra.** **Non** curamus si peccasti vel non. tu videris. **Lyra.** id est ad te pertinet videre factum tuum. **Videns** autem iudas quod eum deridebant et quod damnatus esset. **Cor.** id est merito peccati eterna damnatione dignus. lapsus in desperationem proiectis argenteis in templo. abiens laqueo se suspendit. vbi dicit **Hieronymus** quod iudas plus peccauit in desperatione et sui ipsius suspensione quam in filij dei traditione. **Et** dicit **Accu** primo. quod post suspensionem crepuit medius et diffusa sunt omnia viscera eius. **Et** merito. ne scilicet eius imunda anima exiret per os suum. cum quo saluatorem totius humani generis osculari fuerat. **Sequitur** in **Catheo.** **Principes** autem sacerdotum. scilicet iudeorum. acceptis argenteis dixerunt. **Non** licet eos mittere in corbonam. **Cor.** id est inter dona dei. quia precium sanguinis est. **Cor.** id est precium datur per sanguine effundendo. **Ideo** corbona. **Cor.** id est inter se inuicem habito emerunt ex illis agrum figuli. in. **scilicet**

duo pylati

quod dicitur

Jesus christi

Pulsurā peregrinorū. **Boz.** Qd̄ nō fecerūt in misericordiā pauperū. sed in infamiā saluatoris. vt longe lateq; diffamaret. **Cū** ergo staret corā p̄side in p̄torio. iudēi (s̄t **Johes**) nō introierūt. scz ppter festi sanctitatē z solennitatē qd̄ iam celebrare ceperant. ne p̄raminarent. sed manducarent. scilz mūdī pascha. i. cibū paschalē. qui nō erat licitus comedi nisi a p̄sonis mūdīs. **C**onsidera hic eorū cecitatē. metuebāt p̄raminari ex ingressu domū hoīs gentilis. vt inq̄r **Ly.** et tamē nō timebant inquinari ex p̄curatione mortis innocentis. **Uñ Aug.** Cōsuetudo erat iudeis in festo pasche nō intrare domū alienigene. **O** impia cecitas alieni iudicis p̄torio p̄raminari timebāt. z innocētē sanguinē fundere nō timebant. **S**icut hodie non comedūt nec bibūt cū christianis vinū aut aliū potū p̄ter aquaz. z tamen sanguinē ip̄orū z sudorē comedūt p̄ vsuram. **E**xiit ergo pylatus ad eos foras z dixit eis. **Q**uā accusatōem affertis aduersus hominē hūc. **R**espo-derūt z dixerūt ei. **S**i nō esset hic malefactor. nō tibi tradidissem⁹ eū. **D**ixit ergo eis pylatus. **A**ccipite eū z s̄m legem vestrā eū iudicate. **U**c illi. **N**obis nō licet interficere quēq;. **A**ccusabāt aut eū de tribz signanter. **P**rimo scz q̄ subuerteret gente eorū. **S**ecūdo q̄ phiberet tributū dari cesari. vt ex hoc pylatus moueret p̄tra eum. **T**ercio q̄ diceret se christū regem eorū. **P**ylatus autē p̄mam z secūdam accusatōnem nihil reputans. qz forte audierat dñm dixisse iudeis. **R**eddite que sunt cesaris cesari. z que sunt dei deo. **T**ercius vero articulus videbat derogari honori z potestati cesaris. **E**t ideo pylatus introiuit in p̄torium. z vocauit **Jesus** seorsuz et interrogauit ip̄m dicens. **T**u es rex iudeorū. quasi di. **E**st hoc verū q̄ vis tibi vsurpare regnū iudeorū. **R**ndit dñs noster di. **D**icis hoc a te ip̄so an alij tibi dixerūt de me. **R**ndit pylat⁹. **N**ūqd̄ ego iudeus sum. q. d. iudeus nō sum. ideo nec hoc de te dictaui. **S**z gens tua. scz de qua natus es. i. iudei tradiderūt te mihi. di. q̄ dicis te esse regē iud eorū. qd̄ fecisti. q. d. s̄m **Ly.** videt q̄ tu sis in aliquo culpabilis. ex quo illi q̄ sunt de gente tua z tā te autoritatis sicut sunt pontifices te accusant. **I**hs rndit di. inter cetera p̄ba. **R**egnū meū nō est de hoc mūdo. i. potestas mea z autoritas nō h̄z origine ex causis mūdānis z electōe hominū. sed aliūde. i. a patre. **E**t pylatus **E**rgo rex es tu. **R**ndit iesus. vt **Johes** scribit. **T**u dicis. qz rex suz ego. scz potestate diuina. q. d. s̄m **Boz.** **E**go nō nego qd̄ tu dicis. s̄z tñ non ad regnādū temporaliter veni vt credis. **Uñ** subdit. **E**go in hoc. i. ad h̄natus sum. **Boz.** scz natiuitate tpali. z ad hoc veni in mūdū. **Boz.** scz natiuitatē humanā assumendo. vt testimoniū phiteā veritati. hoc est nō ad dominandū. sed ad veritatē dicendū. **O**mis q̄ est ex veritate audit vocē meam. **Q**uia q̄ est ex deo verba dei audit. **Johis.** viij. **E**t qz pylatus nō adhuc plene intelligebat p̄ba xp̄i. ideo adhuc q̄rit di. **Q**uid est veritas. **Boz.** **U**nius q̄stionis r̄sionē pylatus nō expectauit hac de cā s̄m **Alchinnum** qz nō erat dignus de veritate audire. qz eam in sua sententiā nō seruauit. **S**equit. **E**t cū hoc dixisset iterū exiit ad iudeos z dixit. **E**go nullā eam scz mortis meritōriā inuenio in eo. i. in hoīe isto. **C**redebat em̄ q̄ iudei deberent ab accusatōe desistere. **S**z p̄ sideratibz iudeis q̄ pylatus xp̄m libēter absoluisset. easdē accusatōes aggrauauerūt dicētes. vt beatus **Pu.** scribit. **C**omouit populū. i. turbauit pacē cōem. docēs q̄ vniuersam iudeā incipit

Passio domini

1140 91 24
ens a galilea vsq; huc. **C**ū ergo pylatus audivisset q̄ iesus galileus esset p̄
iurisdiccōe herodis misit ad herodē qui erat rex seu vicari⁹ in galilea. quā
p̄estare habuit ab imperatore romano. **Q**ui sc̄z herodes tūc tēporis ve
nerat in hierusalē ad videndū christū. nō p̄pter deuorōem. sed p̄pter curio
sitate. z p̄pter solēnitatem paschalem. q̄z iudeus erat. **E**t pylatus ideo mī
sit dñm nostrū ad herodem. vt iudicaret eum sicut suū subditū. **H**erodes
autē viso iesu gauisus est valde. q̄z ex multo tēpore cupiebat eū videre. eo
q̄ multa audierat. **S**oz. de miraculis z doctrina eius. **E**t etiā q̄z sperabat
aliquid signum ab eo videre. et interrogabat eū multis sermonib;. **E**t iu
dei qui christū fuerant sequuti p̄stanter eum accusabant. **D**ñs vero neq̄
herodī nec iudeis aliquid respondit. p̄pter hoc quia herodes indignus se
reddebat p̄pter suam supbiam z curiositatem. **E**t etiam ideo. ne vitias
sue passionis impediretur. **S**i em̄ respōdisset herodī. literari poterat. **E**ū
ergo christus nullum signū facere nec respondere velle. reputavit eus. sc̄z
qui est eterna sapientia (herodes) esse fatuū. z desperit ipsum ac retulit a
se. **E**t in signū fatuitatis milites herodis induerūt eū veste alba ludicra. z
ligatum derisorie reducerūt ad pylatum. vt cum eo faceret sicut velle.
Et ob hanc causam. hoc est p̄pter mutuam reuerentiam. herodes z pyla
tus facti sunt amici mutuo. quia prius erant inimici adinuicem. **U**nde
sequitur. **R**eputavit autem herodes sibi ad honorem q̄ pylatus misit
christum ad eum. **Q**uādo autē pylatus vidit q̄ herodes remisit xp̄ns
ad eum valde doluit. z cogitavit quomodo posset eum literare a morte.
Ideo vocatis iudeis dixit. **N**ullam causam inuenio in homine isto ex
te. **N**am remisit vos ad illum. ergo emendatū. i. flagellatū dimitta illum.
Audientes autē iudei ipsum christū velle liberare. **T**ūc magis eum accusa
bant. **P**ylatus vero dixit ad eos. **E**st vobis cōsuetudo vt vnū dimitta
vobis in pascha. i. in festiuitate vestra paschali. **H**abebat autē tūc vnū vir
erum insignem qui dicebatur **B**arrabas. z erat latro z p̄pter homicidiū
vinctus. **C**ongregatis ergo iudeis dixit pylatus. **Q**uē vultis sc̄z de his
duob; dimitta vobis barrabam an iesum qui dicitur christus. **S**c̄iebat em̄
q̄ p̄pter inuidiā tradidissent eum. id est obtulissent. **D**atores autē z sc̄z
niores iudeorū psuaserūt populis p̄munib;. vt peterent barrabaz. sc̄z la
tronem. **I**esum vero. sc̄z innocente p̄derent. **C**ū ergo deliberaissent. pyla
tus iterū interrogans eos dicit. **Q**uem vultis de duob; vobis dimitti. **E**t
illi sc̄z p̄fidi iudei clamantes dixerūt **B**arrabā. **A**cce quāta malicia ma
lorum p̄fidiorū infelicitūq; iudeorū. putabant. vt dicit **A**rsto. se posse astrue
re. q̄ iesus deterior esset latrone. z adeo nequaz vt neq; proprietate neq;
pro festi p̄rogatiua deberet literari. **D**ixit iterū pylatus illis. **Q**uid igit
faciam de iesu qui dicitur christus. **D**icit omnes. **C**rucifigat. id est cru
ci appendatur. vt crucifixum omnes possint videre. **A**it illis p̄fes. **Q**uid
em̄ mali fecit. **S**ozza. **Q**uasi diceret nihil. **E**t ideo iniquū est ipsum con
demnare. **N**ullam cām mortis (quare sc̄z debeat mori) inuenio in eo. **E**t
illi tūc magis clamabāt z istabāt magnis vocib; postulātes. z inualescebāt
voces eorū. vt **L**ucas inquit. vt sc̄z quod iuste z per rationem obtinere
non poterant. saltem obtinerent clamore. vt crucifigeretur. id est morte

In Iesu christi

illissima. scz crucis occideretur. Sic habetis quomodo xps de vno iudice
ad alium fuit ductus. Et sic pz secundū principale.

Quartum vero ad tertium

Q Sciendū z notandū de christi flagellatione z. **V**idēs au-
tem pylatus q nihil proficeret. **G**orra ad literatōem christi
sed magis tumultus fieret. **L**etra populi. scz clamantis ad perarum p
seditōnem sacerdotum. accepta aqua lauit manus suas coram populo dī
cens. **I**nnocens ego sum a sanguine iusti huius. **R**emigiū. **H**os enim
erat apud antiquos vt cū quis veller ostendere se immunem esse ab alijs
quo crimine. accepta aqua lauarer suas manus coram populo. **I**deo pyla-
tus dixit. **I**nnocens ego sum a sanguine. **G**orra. id est a sanguinis effusio-
ne iusti huius. vos videritis. **G**orra. id est vos videatis quid faciat vobis
impuretur. nō mibi. **S**ed in hoc nō dixit verum. **R**eus em fuit. qz cū
esset iudex tenebat ex officio seruare iusticiā. **D**inus tamē peccauit qz ius
dei. **R**atio qz iudei hoc fecerūt ppter rancorem z odiū. ipse vero hoc fecit
ppter timorem cesaris z ob fauorem populi iudeoz. **S**equit. **A**udientes
autē iudei hoc totum acceperūt super se di. **S**anguis eius. **G**orra. id est
pa z pena effusionis sanguinis eius. ventat sup nos z sup filios nostros.
Quali nō credentes q pro hoc pctō punirent a deo. **H**ieron. **P**erseuerat
vsqz hodie hec imprecatis. z sanguis christi nō aufereur ab eis. **H**ec ille
Audians autē pylatus q crimen sup se vellent accipere. volens populo
iudaico placere fecit christū innocentē dñm virginis filiū flagellari z illu-
di ipsi iudeis ad libitum. **E**t ideo gentiles. scz apparitozes p̄sidis. id ē
ministri pylati exuerūt eum. qd z christus sponne z liberrime p nobis fe-
cit. **P**rimo em exuerūt euz vestimentis. scz veste alba qua eū herodes in-
duebat. quā adhuc indurā habebat. z etiā suis. z p̄ciperūt verisimiliter eū
lintheo. ita qz als denudatus pauprime z exilissime steterit corā ibide ex-
istencibz. **S**ecō ligauerūt eū durissime ad quādā colūnā. quē rogasse des-
buerāt merito vt eos a pctōz nexibz absoluisset. **T**ercio tantū verberaue-
rūt dñm regē eterne glorie flagellis. qz de corpore ei p̄ciosissimo sanguis
suus roseus emanans. vt **H**ugo sup **L**ucā inquit. **E**t p totū corp⁹ eius
fluēs. vt **B**rigitta ait. **C**orp⁹ qz suū candidissimū rubricās. vt beatus **B**er-
in p̄templatōibz d̄r. z vndiqz fluens in colūna cui alligatus fuit vsqz hodie
die sua vestigia derelinquit. vñ. **B**eda sup **L**ucā ait. qz colūna vsqz hodie
cui xps alligatus est dñici cruozis vestigia certa demonstrat. **E**t p̄cor dat
magister in historia scholastica. vbi d̄r. **A**dhuc colūna cui alligatus fuit. se-
sus vestigia cruozis ostēdit. **C**ui⁹ colūne maior ps fert in ecclia esse mon-
tis syon in hierusalē. **R**ome est in ecclia sancte **P**axedis virginis. **I**tem
xpus sic vulnerabat p totū suū sacratissimū corpus qz a plāta pedis vsqz
ad verticē nō inueniebat in eo sanitas. vt beatus **A**mb. scribit in plāctu suo
p̄gnali. qz sup addebāt plagā sup plagā. vt **A**mb. deliuozē sup liuozē. vsqz
qz tā ipi qz inspectozes fatigati iuterent eū a colūna solui. **D**e hac grauissi-
ma flagellatōe inq̄t etiā beatus **B**er. o bone ihu quō diris p̄teribz ad staturā

Bb iij

Passio domini

es ductus. et circa ipsam tam strictissime ligatus. et sanguis tuus de vnguis
bus tuis stillabat. Sicq; tam a tergo q̄ ante flagellatus. et cutis tua re
nerrima nodis flagellorum cum carne et sanguine adhererat. ita ut a plan
ta pedis vsq; ad p̄tice non esset in te sanitas. **Hec ille.** Sicq; nobilissimus
dñs sanguine suū preciosissimū flagellis de corpore suo reuerēdissimo extra
ctū clemēter p̄ nobis effudit. de quo **Bonauen.** in planctu suo ait. **Q**uā
cūtra p̄tate putas illū sacratissimū sanguine de p̄ciso corpore distillasse in
terrā. q̄to fremitu putas flagellatū dulcissimū ih̄m. q̄ idcirco aduenerat
ut nos a flagellis eternis liberaret. sicut p̄pheta de eo dixit. **Circūdede
rūt me viri mēdaces. sine cā flagellis ceciderūt me flagellatū.** Hāc autē fla
gellatōem disposuit pylatus. s̄m **Cris.** ut iudei saturati flagellis xp̄i. cess
sarēt eū amplius p̄seq; **H**is autē penis impij iudei adhuc nō fuerūt satia
ti. sed dixerūt ministris **Pylati.** ut ei illuderēt tanq; regi q̄ regnare et do
minari veller et nō poss; **Et** ideo induentes ei primo antiquū purpureū
indumentū in derisionē et p̄fusione et p̄emptū. **Secūdo** plecentes corō
nā. scz de spinis acutissimis. quam imposuerūt capiti eius reuerēdissimo
et tenerrimo. videlz irrisorie pro dyademate regali vel regio. ut glo. dicit.
Et volūt quidā. q̄ hanc corōnā spinē sibi magnis lignis acriter impresse
runt. **Et** dicit illa corōna fuisse de iūcis marinis qui sunt acutiores spinis no
stris hic. p̄gentes caput eius vsq; ad cerebrū. **Et** s̄m **Bern.** Caput
illud diuinū p̄forauerūt et vsq; ad cerebrū teneritudine p̄uenērūt. **Tercio**
dederūt ei subsannatorie ac despectiue arūdinem in dextrā eius p̄ceptro
regali. **Quarto** genuflexo ante eū illudebāt ei dī. **Que** rex iudeoz. quasi
dī. **Q**uā hō viltis et miser. ut quid te rex facis. voluisti regnare et nō pos
tes. p̄pter hāc illusionē nō flectamus hodie genua cū orat p̄ p̄fidis iudeis
is. sicut ad alias orōnes. qz hoc p̄curauerūt cū gentib; et hoc cū eis forte
dixerūt. **Que** rex iudeoz. **Quinto** eū alaphizabāt. q̄ illusio magis fuit de
spectiua et penalis. adorātes. **Alterus** falsa et irrisoria adorātoe. ut deus
et salutantes ut regē. alaphizauerūt ut fatuū. **Sexto** expuebāt in eū tanq;
in p̄sonā vilem et p̄emptibilem. **Septimo** accipiebāt arūdinem de manu
eius et p̄cutiebāt caput eius. **7y.** **Et** rōne p̄trepus. et rōne doloris infligē
di. scz ut spine fortius capiti infligerent. qz ex tali p̄cussione scz baculi arū
dinei. aculei corone intrabāt caput eius et p̄fundius vulnerabāt. **Et** hoc
absq; dubio multū lesiū fuit dño. **Uñ** verisimile est. q̄ tūc sanguis ex ca
pite extractus largiter p̄ caput frontem genas et collum eius fluebat. ita
ut quasi leprosus apparebat. qz sanguis et sputa eū leproso silem faciebāt
Cū em̄ milites. scz gentiles tam pauprime et miserabiliter eū tractassent
Pylatus querens occasiones dimittendi dñm. sed p̄fidi et impijssimi iu
dei nec adhuc factiati. nec yllā ei miseratōem impendere volentes. sponta
nei clamabāt (subaudi) sicut amentes et quasi furibūdi. ex abūdiātia malī
cie vocē ingeminādo dicentes. ut ait **Johānes.** **Tolle tolle crucifige eum**
Quasi dī. **Nō** possumus videre eum. idcirco aufer eū a nostro p̄spectu. et
turpissima morte p̄demna eum. **Tūc** em̄ tēporis mors crucis erat igno
miniosissima et turpissima. **Et** breuiter loquēdo tandem cū pylatus obdu
ratos et obstinatos iudeos non poterat emolire. audientē q̄ confiterent
se imperatozi romano subiectos esse. tunc pylat⁹ volens ipsi satisfacere

29. d. p̄funde

24

10

6

11



Iesu christi

Potus timore cesaris **P**apae **S**culatā simulationē imprudēter p̄
late timuisti formidabile fuerit nomē regū z p̄ imperio cesaris opprimī
debuere noue molitio potestatis. **D**ānandi p̄silio tyrānicus tibi p̄didit
apparatus. si p̄uisio armoz. si p̄gregatio diuitiaz. si p̄sidia detecta s̄z milē
tū. **Q**uid grauaris in hoc de affectata potētia cuius sp̄ialis fuit de humi
litate doctrina. **R**omanis legibz nō p̄radixit censum subijt didragma solz
nū. **V**ectigalia nō inhibuit. **Q**ue dei sunt deo z q̄ cesaris cesari reddenda
z stituit. **P**auptatē elegit. **P**redicentā suavit z māsuetudinē p̄dicauit hoc
ē vere nō impugnare cesarē sed uiuare. **D**imisit eis **B**arrabā latronē. s. pro
pter tps pascale. deditqz sententiā crudelissimā. vt **I**elus innocēs crucifis
geret. z ignominiosā ac turpi morte latronū moreret. **U**n z ea s̄
de hora duos latrones s̄it ad mortē iudicauit z p̄denamit. **U**bi norandum
q̄ xps in p̄cessu passionis sue. nonies hodie ducē⁹ fuit vt colligit ex euan
gelistis. **E**t s̄ replentat fideles q̄ hac die ab hora matutina vsqz ad horā ter
ciā circūeūtes visitāt nouē ecclias. in memoriā. q̄ xps postqz captus fuit
duccus ē ad nouē loca. **E**t in qualiter istaz ductionū semper singulares
penas z p̄umelias passus ē. **P**rimo eū mox vt capt⁹ fuit z ligat⁹ duxerūt
eū ad **A**nnā p̄mum. **L**y. i. p̄mo. **S**ecūdo ab **A**nnā ad **C**ayphā **T**er
tio a **C**ayphā ad **P**ylatū. **Q**uarto a **P**ylato ad **H**erodem. **Q**uinto ab
Herode reductus fuit ad **P**ylatū. **S**exto milites duxerunt eum intro in
atriū p̄torij vbi illuserūt ei. z magna ac varia opprobria sibi fecerūt. **D**at.
xxvij. z **D**at. xij. **S**eptimo **P**ylat⁹ duxit eū foras de p̄torio. indutū veste
purpurea z coronatū eū corona spinea. **J**o. xix. **O**ctauo idē **P**ylat⁹ duxit eū
foras p̄torij ad locū q̄ dicitur lycostatos grece. i. ad locū iudicialē vbi sedit p̄
tribunali. i. in sede iudiciaria vel iudiciali. **N**ono duxerūt eū ad patibulum
crucis. i. sup̄plicij. **E**t ista ductio fuit exprobriosior z penosior inter oēs. q̄
ducebat ad ignominiosam mortē. **S**eq̄t **D**ata igit⁹ z plata sententiā p̄tra
Christū a **P**ylato vt crucifigeret z occideret. suscipiētes eū milites p̄sidis.
Primo exuerūt eū purpura. z reinduerūt eū vestimētis suis. vt oēs eum
melius cognoscerēt in veste sua. z maiorē verecūdiā suscipet corā hoībz as
piciētibz. **S**ecūdo ip̄o suerūt lignū crucis lōgū grossum z multū graue super
hūeros suos delicatissimos vt portaret ip̄m ad locū vbi erat crucifigēd⁹.
vt eius p̄tinua visione z portadi fatigatōe grauaret tā interi⁹ q̄z exterius.
Tertio associauerūt sibi duos p̄fatos latrones secū p̄denatos. q̄ eū eo ibāt
et ducebāt vt brūis **L**ucas inq̄t. q̄ factū est ei ad maiorē p̄fusione z despe
ctione. vt ex eoz societate ampli⁹ z fortius diffamaret q̄si esset latro. vel q̄
si peior esset illis. **Q**uarto eduxerunt eū miserrime z publice eū ip̄o p̄torio
valde magno tanqz malefactorē extra p̄riā ciuitatē in locū caluarie. sicut
dictū ē. q̄ qdē locus erat fetidus. horribilis. z hoībz horridus. ibidē eū ma
lesici plectebāt. canes atqz alia morticina excoziabant. **I**dē mal⁹ feroz fuit
etiā xpo dño sp̄ialis pena ac magna. tantoqz penosior z lesiuor q̄to delicia
rior z purior erat. qz delicatissim⁹ z castissime p̄ginis filius. **Q**uinto eū in
suetissimū z innocētissimū dñm sic p̄ceptibiliter z p̄fusibiliter duccerēt. de
domo **P**ylati. p̄ vrbē. s. hierl̄m q̄si maleficiū. eū duobz latronibz. z cruce p̄
derosa ad suā despectissimā z amarissimā mortē multitudo maria p̄torij
z iudeoz q̄z gētiliū eū sequebat. **Q**uidā flebāt z pangebāt suā innocētē

Pylat

EP

v. p̄torij x. p̄torij

Passio domini

more? **Q**uidā insultabant z illudebant ei gaudētes de passione z morte eius. **S**ed ipse dulcissimus z benignissim⁹ dñs in hac via grauitē pōdesse crucis depressus z ita fatigatus fuit ppter labores z penas. ppter flagellationē z coronatōem. ppter illusiones z percussiones. ppter multiplices et acerrimos cruciatus. quos rota nocte z etiā de die vsq; ad illā horā vsq; stinuit q; lento gradu incideret z crucē amplius portare nō valeret. de post fuit eā. vt habet in qdā libro de vita xpi. vt aliquēulū pausaret z respiraret. **T**ūc ministri Pylati h̄identes angariauerūt. i. coegerūt quēdā nomine Symonē. s. gerile. viz robustū. veniente de villa. q; extra ciuitatē. **D**e For. occurrit eis eundo ad ciuitatē. vt portaret crucē post ihm. **H**oc fecerūt vt ostēderent eū esse hoīem fatigatū. z sic nō crederet dei filius. nō fecerūt ex misericordia vt xpo cōpaterent. sed ex duricia vt citius crucifigeret. qz vis tam eius multū odiebāt z mortē ipsius valde sciebāt. **E**t ideo festinauerūt cū eo z noluerūt eius mortē differre. **E**t sicut ait Bern. ipm tanq; aliquid nū impulerūt. qz timuerūt ne Pylatus sententiā reuocaret. qz volūtatem dimitte dī eū ostenderat. **P**te lignū crucis ita pphanū reputabāt. vt null⁹ eoz portare nec tāgere voluit. **S**equebāt etiā multe deuote mulieres. que etiā flebant z ppariebant ei. ac pte nimio dolore pcutiebant pectora sua. vidētes dñm ita fatigatū. crucē grādem z grauē portare. **L**eo papa **S**olet em̄ sexus infirmior etiā p his q; morte sunt digni in lacrymas pmoueri z damnatorū exitus p nature cōmunis p̄sideratōe misereri s; istū sibi planctū dñs iesus dedignat impendi qz nō decebat lucrus triūphū nec la mēta victoriā. **E**t sicut Bern. in p̄templatōib;. mater xpi mestissima beata virgo **M**aria. etiā inter illas erat z sustentabat ab eis q; se sustentare nō valebat. **I**bi ppendendū z p̄siderandū erat. vt z eadē nō cōpassa sit ei. **I**bi s; dubio ipa maximā cū eo p̄passionē habuit. **H**oc p̄t qdlibet maternum cor ac quelibet mater circa suū vnicū ppendere z p̄siderare filiū. **E**rtē ipa vt brūs Bern. d̄t exēplū doloris oib; am̄tib; xpm fuit. **E**t sicut habetur in quodā. li. de vita xpi. **Q**uia vero mesta mater z merore p̄fecta propter multitudinē populī appropinquare filio suo carissimo nō poterat. nec eum videre. iuit p̄ aliam viā breuiore cū sociab; suis z **B**ohāne. vt alios p̄cedens valeret eidē appropinquare. **E**t cū eū obuiū haberet cernēs eū tam miserabiliter vulneratū z sic oneratū ligno tam grandī qd ante nō videbat. z sup humeros in maxima lassitudine baiularē. pene exanimis facta est. i. valde debilitata. **I**ntellige. z ita virib; destituta sicut d̄t. q; etiam in terrā corruerat. i. declinauerat. z p̄te angustia nec ei verbū dare poterat. nec dñs sibi. acceleratus ab his q; eū ducebāt. **C**redibile est sicut Bern. in p̄templatōib;. q; ipa libetē portasset crucē si potuisset. z quis nō posset in libetē accepisset eā. **N**ulli autē credere s; q; brā p̄go impatiēs fuerit aut rōne vel sensu puata. qz ip̄ in omī sua passione z tristitia patiētissima z discretissima erat. **A**rtamē pie credit. quīs euāgeliste nō exp̄mūt. q; ex magna z intima cōpassione multas lacrymas ex oculis p̄gineis p̄ delicatissimas genas suas fuderit. nā maternū ei⁹ cor nō poterat se p̄tinere. quin filio suo dilectissimo cōpateret. **L**ugētib; p̄o z lamētantib; mulierib; dixit dñs. **F**ilie hierlīm nolite flere sup me. s; sup vos ipsas flere z sup filios vestros. **L**eo papa sup illos inq; dñs fundat iste plorat⁹ q; tales vultes

Yesu christi

ra vestra peperit lugēdū plane vobis ē nō de salute creditū. s. de impietate pereūtiū. qz veniet dies. s. obsidionis. in qbz dicet. **B**rē steriles q non genuerūt. z vbra q nō lactauerūt. **Q**uasi dī. **N**olite flere de morte mea. qz scio q resurgā. z morte mea corporali eternā mortem destrua. sed flete de structōem ciuitatis vestre q funditus destruet ppter peccm qd ciues eius. i. iudei opant in me. **I**deo seqt. **T**ūc em incipiet dicere mōtib. cadite sup nos. **E**t collib. coopite nos. **G**losa. pze horrore miserie. s. hierlm. z facie. lcz ostensione furoris dñi. **T**anta em fuit fames z miseria in hierusalē. xliij. anno post dñicam passionē. cū romani pncipes **T**yrus z **V**espasianus ciuitatē hierusalē destruebāt. q mulieres ppios filios comedebāt. z q. xxx. iudei vendebant p vno denario. sicut p triginta denarijs venditus fuit christus. **S**equit in **L**u. qz si in viridi ligno hoc faciunt in arido quid fiet. **Q**uasi dī. **S**m. **N**ugonem sup **L**ucā. vere debetis flere sup filios vestros. quia si ego q sum viride lignū z fructuosum patior tam grauiā tormentā. spī parient longe grauiora qui sunt lignū aridū z infructuosum. **S**equitur **te**. **E**t postqz venerūt in locū qui dī caluarie. dederūt ei vinū mirratūz bitere. **v**r **M**arcus dī. cū felle mixtū **v**r **M**atth. in qd **V**bi notandū q cū benignissimū dñm p coram ciuitate publice cū improperio valde magno eduxissent. **E**t **S**m q dī. ascen dēdo p sus mōrem siue collē caluarie ad locū crucifixionis aliquatiter appropriassent. tūc xp̄s dñs modicum quēit cū cruce. z videndo locum vbi tam vilissime z amarissime p nobis crucifigendus z occidendus veniebat. fertur ad terrā cecidisse. **U**nde in signū huius z testimoniū dī. q ante portam ecclesie sepulcri sancti. est quedam platea magna que quondā fuit extra ciuitatem hierlm. s. nūc ē in ciuitate. **I**n cuius platee medio ostendit locus vbi xp̄s portādo crucē modicum quēuit. z videndo locū crucis. ad terrā corruit. id est declinauit. **E**t ibi dē dederunt ei bitere **v**r pmissum est amarissimū vinum. **H**oc est vinū acis dūm cum mirra que amarissima est. z felle mixtum. z ylopo. que ē herba amara. circūposuerunt. sicut quidam doctores exponunt. **Q**uod ideo fecerunt. **v**r idem potus amarior fieret. **N**am xp̄s bis potatus fuit tali vīno. z ante crucifixionē z in crucifixione q qdē gemina potatio cōpetit mysterio ppter geminā psonā q peccauerat gustato ligno verito ex q damna ra. i. vita eterna priuata erat humani generis ppagatio. **E**t ideo **v**r scdus **A**dā. s. xp̄s humanū genus redimeret. z vitā eternā sua pciosa passione et morte reparet pati z mozi voluit. **S**eqt̄ **te**. **E**t cū gustasset **z**. **E**t dī **te**. tū gustass. i. os apposuiss. **L**px de illo accepiss. **v**r **L**y. dī. noluit bitere ppter duo. **P**rio **v**r oñdere iniquitas talē potū p̄natiū. **S**cdō **v**r h̄caref velocitas resurrectōis ip̄i. **U**n̄ **S**re. **G**ustauit vinū. s. bitere noluit. qz mortē amaritudinē quā gustatur. erat momentaneā z cito i dulcedinē puerredā scabat. qz tertia die resurrectur. erat. **S**ic p̄z tertiū pncipale. quō xp̄s flagellat. coronat. illusus z ad mortē iudicat. atqz p̄denat. fuit z educt.

Quātū ad quartū notandū

q seqt̄ postea. s. cū dulcissim⁹ dñs ihs ad exprobrabilissimā mortē cēt duct⁹. z qñ ip̄z volebāt crucifigere i loco caluarie. expoliatus eū vestib⁹ añ cruce corā p̄lo. **v**r v̄tor z frigid⁹ nud⁹ expōeret. qz frigid⁹

Passio domini

erat. vt bñs euāgelista Io. dr. z nudū cruci affigeret. Et h accidit cū mā
gno dolore. vt Ber. inqt in p̄eplatoibz. **O** d p̄z ex h. cū alicui p̄anus cū vis
olētia extrahit de vulnere q̄ fortiter in eo cōpactus ē q̄tū ex h affligit. ita
fuit cū dño nostro. qz vt dr Bern. in p̄eplatoibz q̄ veltis interior adhere
bat ei fortiter. p̄pter sanguine flagellatonis. i. fortiter cōpacta fuit in san
guineis vulneribz q̄ ex flagellatōne suscepit. Et iō qñ exuebat oia vulnera
de nouo sunt ap̄ta ita q̄ verisile est. ei p̄cioluz sanguinē sup totū ei delecta
bilissimū corpus cucurisse. Et h valde auxit dolore. z sic doluit plus q̄ in
flagellatōe. **O** q̄tus dolor. ait Ber. in p̄eplatoibz. fuit marri scriissime cū
aspiceret ista. **E**t vt Bern. z Anf. dicūt mater ei amantissima brā virgo
Maria plena anxietate velamen siue velū capitis sui accipiens circūlegas
uerit lūbis eius **U**n Bonouētura dr. q̄ nudus distētus sit xps in cruce. nī
si tantūmodo circūrectis renibz sudario. Deinde cruce parata. vt Bern.
dr. milites. i. tortores ministri Pylati gētiles crucifixerūt eū. vt oēs euāge
liste attestant. **A**ltē sup **P**ar. truculēter z atrociter. **Q**ualiter aut hoc
factū fuerit euāgeliste nō scribūt. s̄ qdā dicūt q̄ ministri Pylati tortores
arripuerūt inocētē dñm. z nudū dire. sic qdā dicūt. z signāter Bonouētus
ra. sup lignū crucis qd in terra iacuerat. piecerūt. in modū pellis extēdes
rūt. Et p̄ talē modū vt dicūt aliq̄ pus em sic dr foramina in cruce fecerūt.
p̄mōz vnā manū cū clauo duro ac ferreo cruci affixerūt. **T**ūc hūiores. vt
Nicola. de **L**y. dr. ad locū illū lesū cucurserūt. z sic nerui x̄sus illā p̄e res
tracti fuerūt. **S**ecūdo cū aliā manū p̄clauare vellēt tūc brachiū x̄pi nō potes
rat aliud foramen in cruce attingere. eo q̄ secūdū foramē paratū nimis res
mote a p̄mo foramine factū fuerat. **O**b h̄ siue siue funibz ipm̄ violenter z
fortiter retraxerūt. vt manū illā ad locū foraminis in ligno crucis in long
gū facti reducerēt. q̄ factō silem manū eidē clauū inculserūt. **T**ertio cum
pedibz s̄ll mō fecerūt. qz foramē infra pedes etiā nimis distabat. ita q̄ pes
des x̄pi illud attingere nō poterāt. **T**ō funibz eū trahēdo incantū plonga
uerūt. vt pedes foramini coaptarēt. z qz crux arda erat vnū pedē sup aliū
posuerūt. atqz magnū durz ferreūz clauū p̄ ambos pedes p̄cusserūt. **S**ic
qz innocētissim⁹ dñs durissime z amarissime cruci affixus. **H**oc ē cū clauis
duris grossis. ac ferreis. cutē z carnē neruos z venas z cōpages ossiū distē
p̄tibz p̄clauatus fuit. **Q**uibz eius dulcibz atqz sanctis manibz z pedibz p̄
fossis. dicūt doctores q̄ totū eius sanctissimū corpus sic dextrosuz z sinis
strosuz sursum z deorsuz distēdebat. vt oia ossa ei valebāt nūerari. **I**ta
em̄ adimplerū est. qd scriptū erat de eo p̄ p̄phaz in eius p̄sona dicentē. **F**os
derūt manus meas z pedes meos. subaudi. p̄ grauisimā vulnerationē
dimūerauerūt oia ossa mea. supple p̄ crudelissimā sui extensionē. s̄ qñ nud⁹
atrociter z valide exp̄sus z extēsus ē in cruce. **U**bi dr glo. **P**roprie des
scribit hic pena crucis. z nō poterat melius describi corpis extēsis in ligno
q̄ vt diceret. dimūerauerūt oia ossa mea. **D**imūerauerūt. i. dimūerabilia fec
erūt. **U**bi notandū s̄z **A**lbertū magnū. q̄ in corpe hois sunt. cc. z. lxxvi.
ossa. circa quoz p̄iūctione hō pati p̄t. **E**t ideo p̄sidera z p̄pende fidel xp̄ia
ne quāte amaritudinis. q̄tūqz doloris fuit hec extēsis z p̄clauatio. x̄pi cū
manibz z pedibz in cruce. **S**anus siquidē z pedes sunt loca magis neruo
sa. z q̄to locus magis neruosus. tanto plus dolorosus. p̄pter qd dicitur

Mine 1657

Nota

Jesus christi

Thomas in. iij. pre sum. q. mors pfixor in cruce est acerbissima. qz pfixi
gatur in locis nervosis z maxime sensibilib. scz in manibz pedibz. z ipm
pondus corporis pendens p rime auget dolorē. **Hec ille.** Sic etiā intell
ligendū est de xpo. q. eius passio fuit maxima. z eius mors amarissima. qz
pfixus lesus atqz dire lauciatus fuit in locis nervosis z plus dolorosis. scz
in manibz z pedibz. z graue pondus sui p ciosissimi corporis in cruce pen
dentis p rime eius penā dolorē z martyriū augebat. **Post hoc** cum xpus
dñs esset crucifixus cruce in terra iacere dicit qdā. et signāter **Inno.** pas
pa tercius. q. eleuauerūt cruce cū eo in sublimē z forā in qd parauerant
